

Et cum A.D. 1721, NATHANIEL BARO CREWE, Episcopus Dunelmensis, munificentissimus ille Benefactor, certos redditus ad duodecim Communarios exhibendos supremis tabulis legavit ;

Et cum idem Nathaniel Baro Crewe, ad meliorem sustentationem prædictorum Scholarium et Bibliotistæ et insuper Capellanorum quatuor Ecclesiarum, certos redditus legavit ;

Et cum A.D. 1725, JOANNES THOROLD, Baronettus, olim Socius, summam pecuniariam pro meliori sustentatione Bibliotistæ dedit ;

Et cum A.D. 1781, RICARDUS HUTCHINS, Rector, Collegii nostri amicissimus, ad meliorem sustentationem prædictorum Scholarium, Communariorum, et Bibliotistæ, et ad alia opera caritativa, largas pecunias testamento legavit, quibus terræ postea acquisitæ sunt ;

Et cum A.D. 1802, per pecunias multis ante annis a JOHANNE MORLEY, Rectore, datas et legatas, terræ Collegio nostro perquisitæ sunt, ad meliorem sustentationem Rectoris Collegii nostri ;

Et cum A.D. 1847, ELIZABETHA TATHAM, Vidua Edvardi Tatham, olim Rectoris, summam pecuniariam ad unum Scholarem sustentandum legavit ;

Et cum A.D. 1851, JOANNES RADFORD, Rector, Collegii nostri longè omnium amicissimus, cum multis aliis laudabilibus beneficiis, summam pecuniariam ad unum Scholarem sustentandum legavit ;

Et cum per mutationes temporum et morum, Statuta per prædictum Thomam Rotheram edita in multis rebus abierunt in desuetudinem, et increbuerunt consuetudines illis et prædictæ compositioni Edvardi Darby incongruæ :

Et cum visum sit expedire Statuta et Ordinationes Collegii nostri mutare, emendare, reformare, ac insuper de novo addere, secundum id quod augmento et prosperitati Collegii dicti maximè utile videretur et regimini Universitatis accommodum ; itemque numerum Sociorum, qui nunc longè consuetudine obtinet, omni dubitatione sublata, in futurum constituere ; et Exhibitionarios, qui nunc sunt, ordinationibus quæ eos concernunt emendatis et in unum redactis, ac diminuto numero, auctis emolumentis, ad Scholarium statum et nomen promovere ;

Placuit igitur nobis Rectori et Scholaribus Collegii Lincolnienensis, legi a Parlamento A.D. 1854 sancitæ obsequentibus, tum Statuta prædicta Thomæ Rotheram et Compositionem Edvardi Darby, tum ordinationes et consuetudines, quæ stabilitæ sunt vel accreverunt de prædictis Scholaribus, duodecim Exhibitionariis et Bibliotistâ et de aliis rebus per testamenta Roberti Trappes, Thomæ Marshall, Nathanielis Baronis Crewe, et Richardi Hutchins ordinatis, sive quocunque alio modo in Collegio nostro exortis, expurgare, emendare, reformare, et in unum Corpus Statutorum conjicere ; ita tamen ut ab antiquis Statutis longius non abiretur, quam vel necessitas vel dispar sæculi genius requireret ; sub quibus Statutis Rector et Socii et Successores sui, cæterique Collegii nostri alumni vivere debeant et teneantur in posterum.

Quod quidem Corpus Statutorum in Capita distinximus modo et formâ sequentibus.

And whereas, in A.D. 1721, Nathaniel Lord Crewe, Bishop of Durham, our munificent benefactor, bequeathed certain rents for the support of twelve Commoners :

And whereas the same Nathaniel Lord Crewe bequeathed certain rents for the better support of the aforesaid Scholars and the Bible Clerk, and, moreover, of the chaplains of the four Churches :

And whereas in A.D. 1725 Sir John Thorold, Baronet, formerly Fellow, gave a sum of money for the better support of the Bible Clerk :

And whereas in A. D. 1781 Richard Hutchins, Rector, out of his great affection for our College, bequeathed a large sum of money for the better support of the aforesaid Scholars, Commoners, and Bible Clerk, and for other charitable works, with which money lands were afterwards purchased :

And whereas in A.D. 1802 lands were purchased by our College with monies given and bequeathed many years before by John Morley, Rector, for the better support of the Rector of our College :

And whereas in A.D. 1847 Elizabeth Tatham, Relict of Edward Tatham, sometime Rector, bequeathed a sum of money for the support of one Scholar :

And whereas in A.D. 1851 John Radford, Rector, out of his exceeding great affection for our College, among many other laudable benefactions, bequeathed a sum of money for the support of one Scholar :

And whereas, through the change of times and manners, the Statutes made by the aforesaid Thomas Rotheram have in many things become obsolete, and customs have obtained inconsistent with them and with the aforesaid composition of Edward Darby :

And whereas it has been considered expedient to change, amend, and reform the Statutes and Ordinances of our College, and, moreover, to make additions to them according to what might appear most conducive to the advantage and prosperity of the said College, and adapted to the system of the University ; and also to establish for the future, beyond question, that number of Fellows which has been fixed by long custom ; and to raise to the position and name of Scholars the present Exhibitioners, amending and consolidating the Ordinances which concern them, and increasing their emoluments by diminishing their number :

It has, therefore, been resolved by us, the Rector and Scholars of Lincoln College, in pursuance of the Act of Parliament passed in the year of our Lord, 1854, to expurgate, amend, and reform, as well the aforesaid Statutes of Thomas Rotheram, and Composition of Edward Darby, as the ordinances and customs which have been established or grown up touching the aforesaid Scholars, the twelve Exhibitioners, and the Bible Clerk, and other things ordained by the Wills of Robert Trappes, Thomas Marshall, Nathaniel Lord Crewe, and Richard Hutchins, or which have in any other way arisen in our College, and to consolidate them into a single body of Statutes ; provided that no greater departure should be made from the ancient Statutes than necessity or the altered spirit of the age required ; under which Statutes the Rector and Fellows, and their successors, and the other Students of our College, are to live, and by which they are to be bound for ever.

Which body of Statutes we have arranged in Chapters, in manner and form following :—